

Universitätsbibliothek Paderborn

**F. Ioannis Andreæ Coppensteinii, Ordinis Prædicatorum
Theologi & Parochi Heidelbergæ Castigatio Apologiæ
Calvino-Catecheticæ**

Coppenstein, Johann Andreas

Moguntiæ, 1626

II. An concupiscentia praua sine consensu, sit vere peccatum?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35247

sos ad odium Dei & proximi. Et quæst. 8. Nos adeo corruptos, ut ad bene agendum PRO R-
SVS simus inidonei; At concupiscere est actus internus. Porro querit:

- I. An in decimo precepto prohibetur concupiscentia, quæ est absque consensu?

MINISTER: Parochus negat: Nos affirmamus, & probamus.

1. Quia de concup. cum consensu actum est in præcedentibus præceptis; ac vel bis idem reperi, abfutum est; aut alius actus seu species concupiscentiae in decimo prohibetur.

2. Quia, Rom. 7. Concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret, Non concupisces. At cum sciuistis illam, quæ est cum assensu voluntatis, quis ambigit? Ipsi namque ethnici eam probe norant. Nam scelus intra se possum qui cogitat ullum; Facti crimen habet; ait Iuuenalis.

RESPONDEO AD I. Quia Voluntarium positionum est de natura peccati; nam habituale ad peccatum non sufficit: (Voluntarium, inquam, liberum, quod proprium est rationalis creaturæ, & liberum à Necessitate vocatur: non Voluntarium spontaneum, quod est irrationalis creaturæ, estque liberum à Coactione:) Idcirco ad peccatum contra præceptum, Non concupisces, voluntarium rationale necessario requiritur: Ergo Concupiscentia indeliberata, seu sine consensu Voluntatis, in sola consilientia cogitatione, non prohibetur in eo, Non concupisces; sed concupiscentia solum delibera.

Deinde: Non repetitur in, Non concupisces, quod in præcedentibus fuerat prohibitum: nam in illis vetatur homicidium, adulterium, furtum, falsum testimonium: in horum altero, concupiscentia Personarum: Rerum, in altero. At perpetratum peccatum; & concupitum, longe differunt: proinde & præcepta dif-ferunt.

AD II. Quia Iudæi ad occidentem literam facti ibant solum, de interna cogitatione volitis parum solliciti; Decalogus autem, quæ erant facti, iam expresserat; et si cogitatis impli-

cite comprehensis: idcirco demum in ultimæ etiam exprimit cogitationis secretæ volitionem alienæ personæ, aut rei; ut quæ perinde peccet. Hanc ex præcedentibus Decalogi ne- scilient expresse; et si implicite nosse poterant; nisi in postremo lex dixisset explicite. Non igitur loquitur de Concupiscentia non volita, seu motu primo; sed de volita intus, et si foris non prodita.

- II. An concupiscentia prava sine con- sensu, sit vere pecca- tum?

MINISTER affirmat. Suaderet. Quia ea est in Lege Dei prohibita.

2. Quia, Rom. 7.7. Apostolus hanc concupiscentiam vocat expresse peccatum; non metonymice, ut causam pro effectu, quia, ait Trid. Conc. sess. 5. expedita est, & ad peccata inclinat; sed vere & proprie; ut patet ibidem vers. 5.7.11.12.14. Ut video illud Tridentini glossema sit merè Pelagianum, ab S. Augustino refutatum; Ethicam concupiscentiam sæpe malum, & peccatum appellat, teste Azorio; Ambrosius viti. um, iniquitatem, ut delectationem mandato Dei aduersam; teste Bell. 1.5. de amif. gra. c.22. §. 15.

3. Quia concupiscentia hæc, testibus aduersariis, est non bona, non recta, vel ordinata: ergo peccatum est. Adeo quæ hic distingue inter malum, & peccatum, ut distinguunt Pontificii, absurdum est, & implicat. Nam Rom. 7. cam nunc malum, nunc peccatum vocat; uti synonyma, & alia talia. Et Aug. 1.6. contra Julianum cap. 5. ait, Qui baptizatur, omni peccato caret; non omni malo, scilicet concupiscentia, id est, ibidem, omni reatu omnium malorum, non omnibus malis. Idem, 1.2. ad Valerium cap. 2.4. Hoc est non habere peccatum, Reum non esse peccatis.

4. Quia sic Augustinus, 1.1. de nuptiis, & concup. c.27. Neg. enim nulla est iniquitas, cum in uno homine vel superiora inferioribus turpiter seruiunt, vel inferiora superioribus contumaciter reluctantur; etiam si vincere non sinantur. &c.

5. Pontificii, ut Aquinas in Rom. 8. lett. 1. Peterius, statuunt, motus prius inuoluntarios esse in infidelibus vere peccata, & mortalia etiam: quomodo non simul nobiscum afferunt; concupiscentiam omnem illicitam, etiam sine consensu inuoluntiam, esse vere peccatum? &c.

RESPONDEO vniuerse. Concupiscentia est lex membrorum, repugnans legi mentis; fons tentationum; pena peccati; & simul fomes; naturæ contraria, & languor

k 2 naturæ;

naturæ; relicta in nobis ad agonem, & via ad peccatum; Cuius principium est à natura; male tamen concupiscere, est à voluntate. Vnde Concupiscentia, non carnis, sed cordis, est voluntaria, & prohibita: estque peccatum in carne materialiter, in mente formaliter. Post baptismum quoque non peccatum, sed vitium est; attamen sub ratione, vt residens in inferiore hominis parte ea, quæ malorum est; at in superiori, ea quæ bonorum est. Vocatur peccatum, quia ex peccato dicit originem; eiusque causa est. In renatis remanet quo ad actuū; reos tamen non facit. Multa paucis asserta hæc. Vide in Lutherio calv. par. 4. q. 22.

Dico AD I. Prohibita est cordis; non carnis.

AD II. Voluntaria est peccatum proprie; at non inuoluntaria; nisi materialiter. Proinde per calumniari arguit Pelagianismi Tridentinum Minister. Nam Pelagiani negabant ullum trahit ab Adamo peccatum; ideoque nullam concupiscentiam esse peccatum. At nos asserimus, involitan, non esse, voluntari, esse peccatum: estque viriaq; malum; pœna, inuoluntaria; culpæ voluntaria.

AD III. Inuoluntaria est inordinata; non tamen peccatum; nisi materialiter, & tropicè. Neque malum & peccatum dicuntur reciproce de se; nec synonyma sunt: Ideo S. Augustini citata loca stant pro nobis contra aduersarios eodem abutentes.

AD IV. Liquet ex dictis

AD V. Recte statuunt, eo quod in irregenitishæreat peccatum orig. at in regenitish non; ideo omnis illicita inuoluntaria, eu motus primo primus in baptizatis non est peccatum; est autem in existentibus in peccato originali. Deum vide Bellarm. l. 5. de anima. gra. c. 15. vbi exacte & prolixè omnia.

AD QVÆST. CXIV.

Possuntne illi, qui ad D E F M conuersi sunt, hec precepta perfecte seruare?

MINISTER. D. regenitish queritur; deque posse. factum absolu. a i. Partium, scil. OMNIVM pre-

ceptorum 2. Graduum, quæ sit ex tota anima, & omnibus viib. s. 3. Temporis, id est, in obseruatione nunquam interrupta.

Illa autem Parochi, respectu nostri, pro mensura gratia, quantum humana fragilitas patitur, secundum quid, non est perfectio, sed imperfectio, seu perfectio imperfecta, id est nulla. Adeoque paradoxo hic defudit ad Eccl. 7. 21 dicens: Stat possibilis obseruandis precepta, non obstante eo, quod subinde violentur. Nos igitur spondemus. Minime.

1. Quia in regenitis petra est pcc. originale, causa omnium actualium peccatorum. Dimititur quidem, sed non, ut non sit; sed ut in peccatum non imputetur; at Aug. l. de Nupt. c. 25. Hinc regenitus Deus undique, Cor mundum crea in me. Et Rom. 7. 19. Video aliam legem in membris &c.

2. Qui impetrant in regenitis caro concupiscentias adversus spiritum, Gal. 5. vi non semper faciunt bonum, quod volunt.

3. Qui a regen. rati. in hac vita est: xparte & imperfeci, non perfecta. i. Cor. 13. Ex parte regen. sumus, ex parte prophetamus. &c.

4. Quia nullus vixit, vixit, vivet, qui non peccet: teste Scriptura, Par. busque, & Sanctorum exemplis. Vnde iussi orare, Domine nobis debita nostra: & ieffibus aduersariis; adeo Nemo sine criminie vixit.

RESPONDEO. Vniverse: Perfectio triplex est: Beatus inis, Consili, & Precepti. 1. Beatus inis, est, quæ Deum semper acer diligat, omniaque in Deum. Et si refert, pura ab omni pecuniali. Phil. 3. Non quodam accepimus, aut perfecti sumus: sequor. a. si. &c. Et haec non impetratur, non consulitur hic; sed proponitur ac promittitur. 2. Consilij est eorum, qui non semper acta Deum cogitant ac diligunt; sed totos se Deo conferant yotis: Matt. 19. Si vis perfectus esse, vnde, & vende. &c. Et haec contulit, non præcipitur: vt docet S. Aug. epist. 89. q. 4. S. Ambr. lib. de Vidua. S. Hieron. lib. contra Vigil. 3. Precepti est eorum, qui Deum super omnia diligunt, omniaque perdere malunt, quam Dei amicinam, ita mandatorum Dei obseruantes, vt nil committant, quo repugnet charitati, quæ est finis præcepti. Et haec præcipitur omnibus: Matth. 5. Estott perfecti.

Duo gradus posteriores non excludunt necessario omne peccatum, nisi quod caritati repugnat. Nam Apostoli perfecti erant; iuxta Phil. 3. Quicumque perfecti sumus, hoc sentiamus: Et tamen dicebat Ioan. Si dixerimus, quia peccatum non